



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Imago saeculi XVII. ad annum huius saeculi X. producta**

**Neuhusii Paderbornae, 1710**

Annus 1662.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29436**

Etus postea Carolus II. Regi Franciæ Delphinius; si per fata liceat, dicendus, Ludovicus XV. Parisiis atrox incendium aspectu sanctissimæ Eucharistiaæ derepente reprimitur.

Rex Daniæ suppressa authoritatè Nobilium potestate illimitatam in regno exercere incipit.

## ANNUS 1662.

**R**omæ gravis exorta dissensio inter Pontificios, & Ducem Crequium Regis Christianissimi legatum ob occisum à milite Corso Bertoum famulum Ducissæ Crequianæ. Crequius plenus ira & minis discessit Roma. Pontificius vicissim legatus remissus ex Francia 30 stipatus militibus ad pontem usque Bellovacensem.

Frustrà tentatur compositio rei Transylvaniæ & pacis claudicantis inter Cæsarem & Turcas instauratio. Unde illico à Turcis Claudiopolis cincta obsidio, quod tamen brevi cum magna clade Turcarum à Cæsarialis sublatum.

Comites Zrinii Nicolaus & Petrus pergunt esse infesti Turcis, excitato in hunc finem novo fortalitio quod dictum Zrinwarium.

F

In

In Gallia innovantur decreta adversus Hugonottas. Authores novæ sectæ illuminatorum iussi includi carceribus. 23 templum hæreticorum in ditione Gebenensi æquata solo.

In Anglia detecta conspiratio plusquam decem millium conjuratorum adversus Regem Duxem Eboracensem, aliósque Ministros Regios, imò totam urbem Londinensem. Conjuratorum plerique erant Anabaptistæ, Presbyteriani, Quaceri, & alij hujusmodi furfuriis homines.

Inter Anglos & Lusitanos pax perpetua sancitur : sed inter Lusitanos & Hispanos bellum recrudescit, & magna utrinque alacritate paratur.

Carolus Dux Lotharingiæ concedit Regi Franciæ ditionem suam certis conditionibus , quas tamen ejus propinq' ai vehementer improbant, & aperte impugnant.

Cosaki semel victores Moschorum bis ab eorum profligantur.

### ANNO 1663.

Pontificii se armant contra vim Gallorū, quam terrā marique ditionibus statūs Ecclesiastici minaciter ostentant.

Turcæ aggrediuntur Vivarium (Neuheusel)